**2.\*amphora**, -ae f. (*theod. vet. amph(a)ra; cf. Ahd. Wb. I. p. 326*) *acidula - Sauerampfer* (*Rumex acetosa L.*): HILDEG. phys. 1,41 de -a: -a nec calida nec frigida *eas*.

**amphorula**, -ae f. (*amphora*) *de mensura i. q. vasculum - kleines Gefäß*: REGISTR. abb. Werd. 8,10 p. 277,7 (s. XII.<sup>med.</sup>) villicus dabit . . . LX caseos . . . et -am butiri (8,15 p. 285,18).

**amphy**: *v. amphi-*.

?\***ampictus**, -a, -um. (*fort. ex amb- et pingere, cf. DuC. s. v.) circumornatus, pictus - ringsum geschmückt, bestickt*: ODO Ern. duc. 5 p. 344<sup>b</sup> viri . . . fluxis . . . decori syndone colobii, tunicisque trilicibus auro -is (amictis ci. ed. in nota). Sroder

\***amplectabilis**, -e. *gratus, optatus - angenehm, erwünscht*: COD. KAROL. 24 p. 528,8 -em sospitatis vestrae laetitiam agnoscentes . . . gaudio maxime sumus relevati.

**amplectibilis**, -e. *reverens - ehrfürchtig*: LIBRI KAROL. 3,18 p. 140,34 suscipere imagines cum summo honore et -i adoratione (p. 140,41). EPIST. pont. ROM. sel. I 2 p. 18,9).

**amplectio**: *v. amplexio*.

1. \***amplector**, -ari *vel rarius amplecto*, -are. *confunditur c. 2. amplector et negligitur plerumque ab edd.; v. et N. Fickermann, JbGesch. Mitteld. 6. 1957. p. 62.*

**1 propri** *i. q. complecti, circumplecti, (bracciis) circumdare - umschlingen, umfassen, umarmen*: ALCUIN. epist. 10 p. 36,4 tempus . . . quo collum caritatis vestrae . . . er.

86 p. 129,7 *pagina laetus ambabus accipiebam manibus et toto -bar (-bar var. l.) pectore.* 185 p. 311,10 Aquilam -ari (-are *H. S1*) meum. MILO carm. 3,4,1,700 fratrem velut

30 -atur amantem. TRIETM. chron. 2,11 a . . . genitrice . . . itur (-atur cod. a. corr.). al. v. et l. 66. 2 *translate*: *a colere, diligere, prosequi - verehren, lieben, umhegen*: RUD. FULD.

Leob. 18 amabant eam principes . . . episcopi cum exultatione -bantur (-ebantur 1 p. corr.): FLOR. LUGD. carm. 28,154

35 quod spe sitiunt, puro -untur (-antur cod.) amore. ADEMARI hist. 3,41 p. 164,20 -ebatur (-abatur 1) maximo affectu honoris . . . monachos. al. **b observare, respicere - beobachten, beachten**: IOH. VIII. epist. A 179 ut, quicquid ab alterutra parte petebatur, . . . efficaciter -atur (-etur cod.).

40 EPIST. Ratisb. 1 p. 275,24 ut . . . virtutis cultum . . . -etur. **c assequi - erlangen**: RHYTHM. 88,15,3 ut evadant pena dira et -ent supera. **d describere, demonstrare - beschreiben, darstellen**: GODESC. SAXO gramm. 2,103 p. 488,4 non inanis ostendat elationem typi, . . . sed simplicitatem potius ex ilis -etur ingenii apostolus.

**adi. amplectandus**, -a, -um. 1 *complectendus - zu umfassen (in imag.)*: ALCUIN. epist. 179 p. 296,19 *perpetuae caritatis alis -o Aquilae episcopo* (253 p. 408,32). 2 *vererandus, amabilis - verehrungswürdig, liebenswert*: EPIST. Bonif. 64 p. 132,15 domino reverentissimo et . . . ab omnibus orthodoxis -o . . . archiepiscopo (FORM. Morb. 20). ALCUIN. epist. 196 p. 323,22 *verenerando patri nobisque cum summo honore -o (-endo var. l.)*. PASS. PETRI ET PAULI 133 -a . . . verba salutis. al.

55 2. **amplector**, -plexus sum, -i *vel rarius amplecto*, -plexi, -ere. *imperf. amplectibamini*: l. 66. *confunditur c.*

1. \***amplector**, *e. g. l. 28.30.34.36.*

**I propri**: *A strictius i. q. complecti, circumplecti, (bracciis) circumdare - umschlingen, umfassen, umarmen (subi. fere anim.; res: l. 69)*: WALAHFR. hort. 114 -xa suas uncis tenet unguibus alnos cucurbita. Mamm. 20,18 collum . . . martyris -ens pardus. ANNAL. Quedl. a. 1008 -itur . . . sepulchrum, deosculatur. LAMB. TUIT. HERIB. 1,5 infinito excipitur amore, -itur, exosculatur. al. *in imag.*: FORM.

MARCVLI 2,46 caritatem, qua . . . nostrae extremitatis personolam . . . acsi unice dilectionis vinculum -ibamini (-abamini var. l.): PAUL. DIAC. carm. 34,25 (*de epistola*) colla mei Pauli . . . -e. RHYTHM. 81,38,2 Christum -it ecclesiae. WALTH. SPIR. CHRISTOPH. II 2,60 omnia, quadrifidis que terra -itur alis. BERTH. ZWIF. chron. 33 p. 244,9 ille obviis, ut dicitur, manibus -ens suscepit nemus. al. **B latius**: *1 ambire, cingere - umgeben, einschließen*: WALAHFR. (?) carm. 59,4.

splendore suo caros -itur *luna*. ADAM gest. 4,35 p. 269,20 qui (*oceanus*) totum mundum -itur. 2 *continere* - *enthalten*: AUREL. REOM. mus. 10 p. 43<sup>b</sup>,28 duas hic tonus communiorum -itur diffinitiones. 18 p. 54<sup>b</sup>,7. 3 *comprehendere* - erfassen: ADAM gest. 4,20 quae (*Birca metropolis*) ... paribus ... spaciis omnes illius ponti -itur horas. 4 *efficere* - ausmachen: ALDH. ad Acirc. 137 p. 191,5 'crepuerunt, tonuerunt' ... ionicum minorem -untur.

II translate: A *colere*, *diligere*, *sovere*, *promovere* - *verehren*, *lieben*, *umhegen*, *fördern*: RHYTHM. 147,155 dominus ... servum -it. BEDA hist. eccl. 4,11 p. 225,30 mundum. DONAT. Trud. 11 (MGMer. VI p. 285,13) eum ... ut filium ... -ere (-i var. l.) et amare. EPIST. Bonif. 148 p. 286,1 munera, quae cum intima caritate -xi. HROTSV. Sap. 5,31 bonum corde tenus -or. ADALB. MAGD. chron. a. 962 p. 172,14 bonis omnibus ... -itur et sustentatur. DIPL. Loth. III. 89 studia ... -i et promovere. CHART. Heinr. Leon. 12 p. 20,39 locum ... honore -endum arbitramur. ARCHIPOETA 3,11 -i minimos magni solet esse viri mos. CHART. Turic. 1480 p. 194,38 sanctos studeamus reverenter -i. saepe. B *observare*, *respicere* - *beobachten*, *beachten*: RUD. FULD. mirac. praef. p. 329,23 *alii* sanctorum solemnia fidelius -untur. HROTSV. Abr. 8,2 quae iubes, -or. THANGM. Bernw. 5 modum in cunctis agendis ... -ens. STATUT. ord. Teut. p. 65,27 fratres -i decet communia seu necessaria. al. c. *sensu servandi*: HEINR. LETT. chron. 10,5 fidem susceptam se ... -ere (-i var. l.) profitentur. c. dat. i. q. obsequi - willfahren: COD. Karol. 97 p. 648,12 qui tuis noluerint -ere recte fidei predicationibus. C *probare*, *acceptare*, *credere* - *anerkennen*, *annehmen*, *glauben* (an): CARM. libr. I 3,23 -it fidem. EPIST. pont. Rom. sel. I 2 p. 17,22 suscipio et -o ... venerandas imagines. GODESC. SAXO theol. 13 p. 236,15 sector et -or, ubicumque verum dixit Hieronymus. VITA Leb. 3 -ens piam redemptoris visitationem. DIPL. Heinr. II. 389 peticiones. CONST. I 399 p. 571,24 -or omnem divinam scripturam *egs*. saepe. c. acc. c. inf.: THANGM. Bernw. 1 p. 758,26. seq. si: CHART. Sangall. B 456 p. 331,3 (a. 1254) ius ... canonicum libenter -itur, si *egs*. D *optare*, *appetere* - wünschen, begehrn: WALAHFR. Gall. 1,2 alienas -i divitias. c. inf.: WIDUK. gest. 1,9 p. 14,11 -rer ... patriam redire. seq. ut: HROTSV. Dulc. 1,8 hoc -imur ut *egs*. E *assequi* - erlangen: BEDA hist. eccl. 1,20 p. 39,19 caelestis palmae gaudia. WALAHFR. hort. 427 (*de Christo*) virtutem -xus utramque. F *suscipere* - aufnehmen: STATUT. ord. Teut. p. 23,27 quanto favore ... debeat -i tyrones ad benedictionem ecclesiastice protectionis Dominus. G *subire* - auf sich nehmen: RUD. FULD. Leob. 4 p. 123,46 iniurias. adi. 1. *amplectendus*, -a, -um. 1 *complectendus* - zu umfassen (*in imag.*): LIUTOLF. Sever. I prol. fratri ... ulnis ... caritatis -o. 2 *venerabilis* - verehrungswürdig: ALCUIN. epist. 225 p. 368,9 patri ... nobis ... cum omni amore -o. WANDALS. Goar. 2 prol. pater in omnibus -e. EPIST. Teg. I 110<sup>uit</sup>. -o meritorum sanctuario ... Christi vicario. al.

2. *amplexus*, -a, -um. *difficilis*, *intricatus* - schwierig, verwirkt: EINH. cruc. p. 146,4 orta est ... questio longe validior atque -ior.

subst. *amplectens*, -entis m. qui *observat* - einer der beobachtet, befolgt: TRAD. Teg. 60 (a. 1048/68) cognoscant normam iusticie -es, scilicet ... Christo credentes. CHART. Naumb. 260 p. 243,45 omnibus ..., que prescripta sunt, -bus et tenuit sit ... salus.

*amplexabilis*, -e. 1 *complectendus* - zu umfassen: FORM. Salib. 10 dilectissimo et indissolubili caritatis nodo -i ... pontifici. 2 *venerabilis*, *carus* - verehrungswürdig, lieb: CHRON. Median. 3 p. 88<sup>b</sup>,13 -ia pignora locus hic meruit percipere. 3 *gratus*, *optatus* - angenehm, erwünscht: RHYTHM. 150,221,3 mihi ... quaevis asperiora sunt -ia. EPIST. ad Hildeg. 13 p. 166<sup>b</sup> cuius (*verae vitis*) fructus gutturi tuo dulcis et -is.

\**amplexator*, -oris m. qui *amplectitur* - einer der umarmt: HILDEG. hymn. 13,1 (AnalHymn. 50 p. 491) o dulcissime amator, o dulcissime -r (*sc. Christe*).

\**amplexatrix*, -icis f. *cultrix*-Anhängerin: CHART. ord. Teut. (Hass.) 54 p. 52,27 (epist. papae a. 1235) cuius (*ingi oboedientiae*) sub lege posita maritali ... -x extiterat s. Elisabeth.

5 5 \**amplexatus*, -us m. *amplexus* - Umarmung: VITA Ludow. Pii 11 multo ... eum (*filium*) -u deosculans. *amplexio* (-ecti), -onis f. in *imag.* i. q. *amplexus* - Umarmung: EPIST. Wisig. 6 apices a dominissimo hac paterna amplectione (-xione E2. M1) tenendo imperatore ... oblatos ... percepimus. *amplexor*, -atus sum, -ari vel rarius *amplexo*, -avi, -atum, -are. 1 *propri*e: a *complecti*, (bracciis) *circumdare* - umschlingen, umfassen, umarmen: VITA Richar. 5 (MG Mer. VII p. 447,1) cum infantulo -ret. THEGAN. Ludow. 6 p. 592,13 -antes ... se et osculantes (16). WALTHARIUS 1340 ursus -ans Umbros (*sc. canes*). VITA Bard. 7 eum -turn, osculatum promisit ... non dimittere. CARM. Bur. B 96,1,2 virgines -amini. ARNOLD. LUB. chron. 1,9 p. 122,7 occurrit ei soldanus ... -ans et deosculans eum. OTTO SANBLAS. chron. 51 p. 86,15 amantissime -ta publici signo osculi ... subarratur *puella*. al. v. et l. 49. in *imag.*: DIPL. Heinr. II. 363 -antur lapides vivos, quod est interventores querere sanctos (cf. Vulg. Job 24,8). CHART. Turic. 271 religionis amatores sunt vere caritatis brachiis -andi. c. *sensu comprehendi*: LEY Baiuv. 4,8 si eum per vim implexaverit (amplexa- verit *Eph*). WALTHARIUS 362 manu caput -tus utraque egreditur. b *medial*. i. q. se applicare - sich anlegen: ALBERT. M. animal. 1,282 ut versus corpus melius -etur *adiutorium brachii*. 2 translate: a (mente) retinere - (im Geiste) bewahren: WALAHFR. Wett. praef. p. 301,33 sedulo tenaci memoria -bar, cuius praesentiam summo ardore sitiebam. b *colere*, *diligere*, *sovere* - *verehren*, *lieben*, *umhegen*: HROTSV. Cal. 7,1 qua sinceritate dilectionis te ... -tus fui. EBERW. Symeon. 12 -at ur et honorifice sustentatur. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 284,38 -ti sunt veritatem. OTTO FRISING. chron. 4,10 p. 196,6 (*de Juliano*) philosophos super omnes -tus (amplexus B1). CHART. Hall. I 268 ecclesiam ... singulari favore ... -amur. al. c. *sensu eligendi*: BERNOLD. CONST. libell. II 3 praef. sacerdoti ... mysticam cytharam David ... -anti Adalbertus. c *probare* - anerkennen, billigen: HUGO FLOR. act. 11 p. 391,31 cuius (*regis*) sponsionem papa libenter -tus est. c. acc. c. inf.: SERMO nat. virg. 8 eas invenisse didicimus, credidimus, -ti fuimus. *amplexus*, -us m. gen. pl. -ium: p. 591,2. 1 *propri* i. q. actus *amplectendi*, *complexus*, *circumplexus* - das Umschlügen, Umschließen, Umarmung: BEDA temp. rat. 1,33 cum dicit triginta, unguis indicis et pollicis blando coniunges -u (cf. THEODULF. carm. 16,2,13). HROTSV. Abr. 2,5 donec amplexaris -bus filii virginis. Cal. 9,1 cadavera -u serpentis circumfluxa. VITA Mathild. II 21 regalis conventus postremos alterutrum dedit -us. ORD. coron. imp. 17,4 rex ... recipiatur ab eo (*papa*) ad osculum et -um. al. in *imag.*: WALTHER. SPIR. Christoph. I 4 optat lucis. FROUM. carm. 6,4 quem (*mundum*) ... brachia Christi -u rapuere pio de fauibus hostis. CHART. Basil. A II 237 p. 313,2 episcopum ... internis benivolentiae regalis constringamus -bus. al. de concubitu: ANNAL. Altah. a. 1069 p. 78,4 concubinarum -bus adhaerere. COD. Udalr. 56 p. 116,8 masculorum ac pecudum -us non abhorrere. ALBERT. M. sacram. 259 p. 170,34 matrimoniales. al. de matrimonio: POETA Saxo 2,391 rex contempsit ... praestare petitos virginis -us. 2 meton.: a *ambitus*, *circutus* - Umgebung, Einschließung: SOLIMARIUS 110 se cum milite multo collocat ... arcto vallis in -u. CHRON. Albr. a. 1190 p. 864,22 portum navigiis oportunum sub -u rupium violentiam excludente ventorum. de funda anuli: CARM. de anulo 1,11 (MG Lib. Lit. III p. 724) cuius (*anuli*) in -u sicut lapis est pretiosus. b *confibula*, *uncus* - Klammer, Krampe: WILBR. OLD. peregr. 1,5,7 cum quarum (*turri*) iuncturis lapides magni ferreis vinculis et duris -bus internectuntur. c *orgya* - Klafter: CHART. Burgenl. 354 (a. 1255) terre latitudo est ... mensurata tali fune, qui continet triginta tres -us, decem et octo funes

et viginti -us *e.g.* 481 quantitas . . . terre est . . . centum septuaginta -ium. 547 viam sex -uum. *ibid. al.* *Pape*

\***ampliabilis**, -e. *qui dilatari potest - dehnbar, erweiterungsfähig*: ALBERT. M. animal. 10,9 debent . . . matrices . . . esse extensibiles et -es.

\***ampliarius**, -a, -um. *copiosus - reich(lich)*: BENED. ANDR. chron. p. 106,9 monasterium . . . constituit et dona -a fecit.

**amplatio** (-cio), -onis f. *I strictius i. g. dilatatio, propagatio, auctus, extensio - Erweiterung, Vergrößerung, Vermehrung, Ausbreitung, (Aus-)Dehnung*: A gener.: RATHER. epist. 33 p. 186,12 XI libras in restaurazione, -e ac decoratione eius (*domus*) expendit. MANEG. ad Gebeh. 13 p. 335,32 angelis Dei de -e multitudinis eorum gaudium erit. CHART. Bund. 616 partem . . . vineę . . . ad -em cimiterii . . . commutavimus. CHART. ord. Teut. (Thur.) 259 pro -cione fidei catholice. *al.* B spec.: 1 *natur. et medic.*: IOH. IAMAT. chirurg. 2,4 vulneris. ALBERT. M. animal. 1,424 sola dilatatione et -e det viam buccellae *gula*. 1,624 narium. *al.* 2 techn.: GEBER. summ. 1,43 p. 566 reiteretur . . . -o auricularum. 3 philos.: ALBERT. M. intellect. 2,1,9 p. 516,25 quartus autem motus manifestationis (*sc. luminis primae causae*) est, quo manifestatur in -e luminis sui intelligentiis moventibus orbes. anal. pr. 1,4,16 p. 574<sup>b</sup>,23. elench. 2,2,7 p. 683<sup>a</sup>,4 significat quale quid commune ad praesens vel praeteritum . . . sicut patet ex regulis suppositionum et -um. top. 8,1,3 p. 498<sup>a</sup>,7 ad propositi -em utendum est . . . divisione propositi in partes (*de re cf. C. Prantl, Gesch. d. Logik im Abendlande. III. 1867. p. 56*). *al.* 4 mus.: ANON. mus. Sowa 1<sup>a</sup> p. 25,5 maiorem autem longam in potestate dicimus esse perfectiorem et temporum -e.

II *latius i. q. provectus - Förderung*: DIPL. Otton. I. 301 cum . . . ecclesias Dei pro augmentatione vel -e earundem utilia . . . sint collata subsidia. CHART. Burgenl. 127 p. 91,21 cum regie maiestatis intersit ad -cionem regni invigilare. CHART. Brixin. 166 p. 177,2 in . . . divini cultus -cionem. *al.*

\***ampliativum**, -i n. *notio amplificans - erweiternder Begriff (cf. C. Prantl, Gesch. d. Logik im Abendlande. III. 1867. p. 134)*: ALBERT. M. top. 8,1,3 p. 498<sup>a</sup>,44 (*in syllogismo de proposito*) sic ergo de -is et explanatio utendum est.

**ampliator**, -oris m. *qui provehit, auget - Förderer, Mehrer*: TRAD. Brixin. praef. p. 26,21 (a. 1022/39) Hartviticus, . . . sedis -r egregius. BERTH. (?) annal. a. 1069 Rumaldus . . . , aecclesiastici thesauri -r et provisor attentissimus.

\***amplificatio**, -onis f. *provectus - Förderung*: CHART. Carinth. V 292 (a. 1277) ut . . . ad maiorem divini cultus -em ova . . . comparentur.

\***amplico**, -ui (I. 56,57), -atum, -are. 1 *a strictius i. q. ampliorem reddere - vergröbern*: DIPL. Arnulfii 113 ut . . . nullus . . . episcopus licentiam habeat suum servitium magis -are vel augmentare. cf. p. 592,20,55-593,49. 2 *latius i. q. provehere - fördern*: EPIST. pont. Rom. sel. I 5 p. 61,23 que (*provincia*) . . . in christianitatis more -ta et dilatata est. 2 se applicare, occurrere - sich nähern, begegnen (*per confusione*; v. et p. 593,51): CHRON. Salern. 42 p. 43,4 aforis portam, que aurea dicitur, -uerunt. GODEFR. VIT. Frid. 805 hec (*imperatrix*) ubi carpit iter, studet -uisse marito. v. et applico, implico.

**amplicus**, -a, -um. *amplus - weit*: FRID. II. IMP. art. ven. 6 p. 206,24 gira sue circumvolationis facit -a propter debitatem falco. v. et amplicus p. 592,72.

\***amplificatio** (-cio), -onis f. *I strictius i. q. dilatatio, propagatio, auctus, extensio - Erweiterung, Vergrößerung, Vermehrung, (Aus-)Dehnung*: A gener.: DIPL. Karoli III. 84 p. 136,13 mercedis certissimam -em . . . perpendentes. DIPL. Arnulfii 163 p. 249,17 ob . . . aecclesiæ restorationem vel -em. HUGO FLAV. chron. 1 p. 333,55 oro, ut fiat istius vini -o. CHART. archiep. Magd. 356 p. 468,16 prebendis -cionem . . . prebere. *al.* B spec.: 1 *medic.*: GLOSS. Roger. I A praef. p. 503,29 si solutio continuatatis musculi . . . fiat . . . secundum longum, . . . tunc dicitur liquefactio vel -o. *ibid. al.* 2 philos.: ALBERT. M. caus. univ. 2,2,41 p.

539<sup>b</sup>,21 res intelligibiles in ea (*anima*) sunt per hoc, quod scit eas per sui applicationem vel -em ad intelligentiam.

II *latius*: A *proiectus - Förderung*: VITA Goar. 11 ut de loco isto -em sibi in regno caelorum conquerat. DIPL.

5 OTTON. I. 296 sanctarum -o aecclesiæ salus . . . creditur esse regnorum. DIPL. Heinr. IV. 344 illa providere . . . que -i et augmento iusti desiderii . . . videntur pertinere. ENGEL. WIRZ. Burch. 2,3 p. 26,23 ecclesiastici cultus. *al.* B de verbis i. g. ambages - *Umschweif, weitläufige Darstellung*: CONC. Rem. prol. (MGScript. III p. 658,16) earum (*sentiendarum*) -es, digressiones . . . refringam. RICHER. REM. hist. 1,39 ut quiesceret ab illicitis, multis -bus agitabat.

\***amplificator**, -oris m. *qui provehit, auget - Förderer, Mehrer*: FLOD. hist. 1,1 p. 413,21 diversi . . . principes eius (*Romae*) editores vel -es extitere.

\***amplifico**, -avi, -atum, -are. *I strictius i. q. ampliorem vel maiorem reddere, augere, dilatare, propagare - erweitern, vergröbern, vermehren, ausdehnen*: A corpor.: 1 gener.: LIBER hist. Franc. 14 dilatavit Chlodovechus -ans (amplicans, adiplicans var. l.) regnum suum usque Sequanam (POETA Saxo 4,339). TRAD. Frising. 591 basilicam. WALTHARIUS 665 donum. CHART. Sangall. A 645 in terra vel familia res sancti Galli multum -ari potuerunt. TRAD. Salisb. I 1 p. 253,19 curtarum stipendia . . . largiter -are. DIPL. Arnulfii 190 (spur. s. XI) -are et augere civitatem. DIPL. Heinr. IV. 115 forestum. ANNAL. Elnon. a. 1169 -tis preter solitum luminaribus. *al.* medial.: GISLEB. ELN. inc. 2,58 face solari lux caeparat -ari. METELL. buc. 2,38 quae retinebatur, species bovis -atru. 2 spec.: a natur.: BENVEN. GRAFF. ocul. B 3 p. 11,19 ordinatio Dei oculum -bit mediocriter sive per medium. medial.: ALBERT. M. animal. 1,589 quae (*tela*) oritur a cordis loco, ubi -atur ad basim ipsius. 2,106 *papa* (*i. ingluwies*) superius continue -atur. b techn.: THEOPH. sched. 2,10 -bis (*applicabis V*) . . . circa fistulam fundum vitri. 3,92 p. 347,22 foramen. c sensu meliorandi: THEOPH. sched. 2,31 p. 143,27 ut anulus in rotundum -etur. B incorpor.: WALAHFR. Gall. 2,14 loci statum et gloriam nobiliter -vit et auxit. CAPIT. reg. Franc. 252,18 decus . . . ecclesiae. WALDR. carm. 1,12 letitiam. HIST. Liutpr. (MGLang. p. 11,21) leges. DIPL. Otton. I. 105 propagandæ fidei -andaque religioni . . . indulgere. TRAD. Frising. 1316 laudes divinas. EPIST. Heinr. IV. 24 honorem. *al.*

II *latius*: A *provehere, exornare, excolare, locupletare - fördern, ausschmücken, ausstatten, bereichern (obi. fere res; homines: l. 49)*: WALAHFR. carm. 37,18 virtutem, vitam pacemque . . . et Deus. Gall. 2,10 p. 319,6 locum . . . multiplicibus . . . possessionum -are donariis (DIPL. Arnulfii 584 p. 83,38). WALTHARIUS 138 -bo . . . te rure domique. GERH. AUGUST. Udalr. I 15 p. 405,9 servicium Dei. COSMAS chron. 2,7 p. 93,5 cenobium omnibus ecclesiasticis usibus et honoribus sufficienter -tum. *al.* B (*augendo*) addere - (vermehrend) hinzugeben, hinzufügen: BREV. NOTIT. a.p. A 11,1 dedit . . . quidquid habuit . . . quodque alii viri . . . de facultatibus suis -verunt (-fi. *suprascr. cod.*). DIPL. Ludow. Germ. 162 quae deinceps in iure . . . loci divina pietas voluerit -are (*sim. DIPL. Karlo. [II.] 8 p. 297,7 addere vel -are. al.*). mus.: IOH. GARL. introd. mus. p. 166<sup>b</sup> signa semitonia designantia in omnibus tonis possunt -ari. C acquirere - (*hinzu*) erwerben: TRAD. Frising. 361 (a. 816) quantumcumque . . . suis temporibus evindicare vel -are potuisset. D sublimare, (*laudibus*) efferre - erhöhen, preisen: RUODLIEB V 49 non opus est hinc te (*regem*) laudare vel -are. METELL. Quir. 80,23 quoslibet ordine lectos -vit. E medial. i. g. radiari - strahlen: EBO BAMB. Ott. 2,1 p. 616,10 totus lucrandis animabus invigilans -tus est Otto quasi stella matutina in medio nebule.

\***amplificus**, -a, -um. *magnificus, splendidus - großartig, glänzend*: DIPL. Otton. III. 235 p. 650,28 monasterium . . . -o benignitatis conamine construxit. EKKEH. IV. bened. I 33,1 laudibus -is extollite festa Iohannis. ADAM gest. 3,16 gesta . . . -o (amplico A 1) sermone . . . describens.

[Rudolph]

\*amplifluus, -a, -um. *largus - reich*: WALAHFR. hort. 20 bruma ... totius anni venter et -i consumptrix saeva laboris.

amplio, -avi, -atum, -are. *I strictius i. q. ampliorem vel maiorem reddere, augere, dilatare, propagare - erweitern, vergrößern, vermehren, ausdehnen, ausbreiten*: A corpor.: 1 gener.: TRAD. Frising. 375 (a. 817) *hereditatem emeliorare et -are*. EINH. Karol. 15 p. 17,23 regnum ... ita nobiliter -vit, ut poene duplum illi adiecerit. BERNOLD. CONST. chron. a. 1083 p. 439,23 monasteriorum aedificia. VITA Theog. 1,28 p. 462,39 moenibus ac possessionibus -vit ecclesiam. OTTO FRISING. chron. 2,37 p. 111,15 stipendia ... ex preda ... -vit. Cod. Lauresh. 3700 donationem ... per aliam cartam confirmavit atque -vit. CHART. Turic. 393 quod, si ... pre-dium ... contigerit -ari, quicquid iuris -to, debeat etiam -anti suffragari. HUGO TRIMB. registr. 511 hoc (*opusculum*) si per incongruos libros -rem. saepe. v. et p. 594,33. 2 natur. et medic.: RECEP. Bamb. 73 *capit. ut lactem (i. lac)* mulieris -etur. TRACT. de chirurg. 98 vulnus (WILH. SALIC. chirurg. 2,2 p. 327<sup>F</sup>). TRACT. de chirurg. p. 122<sup>15</sup> ad fistulam -andam. medial.: ALBERT. M. animal. 1,197 cum ... virtus nervorum et panniculi cerebri ... descendunt ad orbitam, dilatatur extremitas utriusque ipsorum ... et -atur. 1,244 epyglotis ... -atur et ... angustatur. ibid. al. B incorp.: 1 gener.: CONC. Karol. app. 9<sup>A</sup> p. 842,6 honor regni ... -atur. RUOTG. Brun. 25 religionis et ... quietis gratiam. THANGM. Bernw. 46 divina servitutis obsequium. CONST. II 187 p. 228,39 laudum suarum titulos. al. 2 spec.: a philos.: ALBERT. M. anal. pr. 1,4,16 p. 574<sup>B</sup>,15 dictum autem est subiectum -ari secundum ipsius naturam in maiori de inesse ad habitudinem comparatam ad praedicatum. b mus.: AUREL. REOM. mus. 8 p. 42<sup>a</sup>,14 nec quisquam tonorum valet -are magnitudinem. c math. i. q. multiplicare -multiplizieren: RHYTHM. 113,8,2 per undenos -bis, per triginta divide.

II latius: A provehere, exornare, excolare, locupletare -fördern, ausschmücken, ausstatten, bereichern (obi. fere res; homines: l. 42): CAPIT. reg. Franc. 254,1 *ecclesiae honora-tate atque rebus -tae fuerunt*. DIPL. Otton. I. 290 p. 406,27 locum ... confirmare et -are (WIPO gest. 39 p. 59,22 rex l. sepulturae donis et praediis -vit). WIPO gest. 21 p. 41,9 donis -tus ... reversus est. HELM. chron. 46 p. 91,5 ad -andum cultum domus Dei. CHART. Heinr. Leon. 81 p. 119,20 ecclesias ... defensare, -are et magnificare. CHART. Raitenh. 77 p. 80,17 ordinem Cisterciensem. al. v. et l. 11. B (*augendo*) addere - (vermehrend) hinzugeben, hinzufügen: DIPL. Merov. I 11 p. 14,11 -tis titolis. FORM. Marculfi 1,3 p. 43,13 quas (*villas*) ... in iure ... loci voluerit divina pietas -are (amplicare B). TRAD. Ratisb. 868 traditionem ... suscipiens id eis sui iuris -vi, ut egs. fort. add.: EPIST. var. II suppl. 11 p. 639,6 qui fecit eum Behemoth, -vit (applicabit Vulg. Job 40,14) gladium eius. C meliorare - verbessern: TRAD. Werd. 150 (a. 1268) cum ... bona ... minus culta ... suis laboribus ... -verint assiduis agrorum culturis. D medial. i. q. auctoritate augeri - an Ansehen gewinnen: LIBELL. de conv. Bauiv. 11 p. 12,6 coepit ... multum -ari in terra illa rex.

adi. 1. amplians, -antis. dilatans, amplificans - aus-dehnend, erweiternd: ALBERT. M. veget. 4,58 quando affuerit calor -s et resolvens. animal. 1,421 corpus foramen artans et -s.

2. ampliatus, -a, -um. amplificatus - erweitert: GESTA Lob. 6 p. 311,10 novum ... oratorium -a ... mensura construxit. v. et l. 15.

\*amplioro, -avi, -atum, -are. dilatare, augere - erweitern, vergrößern: GESTA Camer. 1,57 episcopus ... monasterium -ari usque ad sepulcrum Iohannis ... disposuerat (1,113). 1,66 res ... sedis aeccliae -vit. GESTA Trud. cont. I p. 305,21 indignatio et odium ... non erant ... imminorata, sed ... -ta.

amplitudo, -inis f. I de statu: A strictius i. q. lati-tudo, magnitudo, extensio, ambitus - Weite, Breite, Größe, Ausdehnung, Umfang: 1 gener.: CONC. Karol. 42,3

propter -em parrochiaie (DIPL. Heinr. IV. 253). THEOD. TUIT. abb. (MGScript. XIV p. 566,23) pallium ... multe -is. CHART. Tirol. notar. II 319 prout est designata *pecia* per -em et longitudinem. al. profunditas - Tiefe: CHART.

- 5 Walkenr. 321 p. 221,8 (a. 1257) in longum et in latum atque in -e lapides effringere (cf. p. 595,43). 2 spec.: a natur. et medic.: TRACT. de chirurg. 106 panno secundum profunditatem et -em ... replenda sunt vulnera. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 106,22 pennarum. ALBERT. M. animal. 1,91 piscis ... natat ... per -em (p. 489<sup>b</sup>,32 τοῖς πλάτεσσιν) corporis sui (cf. 1,92). 1,276 media earum (*costarum*) propter maiorem corporis -em est maior ceteris. b techn.: THEOPH. sched. 3,26 p. 181,11 donec ei (*calici*) formam et -em secundum argenti quantitatem acquiras. c philos. i. q. facultas se extendendi, vis complectendi - Ausdehnungsfähigkeit, Umfassungsvermögen: LOTH. I. ad Hraban. (MGEpist. V p. 475,13) -em mentis oculorum visus non coangustat. ARNO REICHERSB. apol. p. 173,29 est enim quaedam spiritualis latitudo sive -o, qua theoriae ... animae ... mirabiliter dilatantur. ALBERT. M. metaph. 11,2,13 p. 633<sup>a</sup>,31 unitae substantiae ambiant... -e virtutis corpora, sicut lumen solis ambit hemisphaerium. al. 3 meton.: a area - Fläche, Raum: SIGEB. GEMBL. gest. 12 p. 530,1 dedit pratorum -em non modicum. GESTA Lob. 6 p. 311,19 fecit ... porticum claustralem habentem ... in medio -em loco congruentem. al. b spatium, laxatio - Zwischenraum, Abstand, Spielraum: THEOPH. sched. 3,3 ut inter duo haec ligna sit -o trium digitorum. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 129,5 ab una spatula usque ad aliam est -o et spatiostas per medium dorsi. p. 150,7 fit ambitus iacti ... in inferiori parte largior; que -o inferior ad hoc valet, quod ... non ledatur pes falconis. al. c ad-ditamentum - Erweiterung: COD. Wang. Trident. 33 p. 87,33 (a. 1189) si ... ampliatum est bonum, illud cum omni -e habere debeat. B latius: 1 copia - Fülle, großer Umfang: GODESC. SAXO conf. p. 78,21 retrubue copiosae mercedis -em. EINH. Karol. 2 p. 4,14 qui ... opum -e ce-teris eminebant. HRABAN. epist. 36 p. 471,1 quo haberes ... breviter annotatum, quod ante in multorum codicum -e ... copiose legisti. RUOTG. Brun. 46 consolationis. de verbis i. q. ambages - Weitschweifigkeit: GODESC. SAXO gramm. 1,41 p. 390,5 qui rhetoricae amplissimam latitudinem vel latissimam -em attigit. 2 celsitudo, excelsitas - Hoheit, Erhabenheit: LEG. Wisig. 2,1,1 in cunctis ... gentibus nostre -is imperio subiugatis. al. (v. ind.). LUP. FERR. epist. 37 p. 46,9 -is vestrae (*sc. episcopi*) ... litterae. EPIST. pont. Rom. sel. II 19 ut braccio -is vestre (*sc. imperatorum*) sublevetur ecclesia. DIPL. Karoli III. 158 p. 256,46 insinuavit -i nostrae. al.
- II de actione: A auctus - Vermehrung: CHART. Raitenh. 253 (a. 1261) ecclesie ... in sue (*sc. virginis*) laudis -em dedi-cate. B proiectus - Förderung: DIPL. Loth. III. 125 p. 212,25 divini servitii -e.
1. amplio, -are. dilatare - erweitern (cf. GLOSS. I 99,24 St.-S. dilatat altinot vel -at): REGISTR. Trident. IV p. 278,8 -are viam, ut est terminata per designatores.
2. amplio v. amplus p. 596,5.
- amplus, -a, -um. script. anp.: CONST. I 288,23. form. abl. amplio (fort. derivata a compar. amplius): p. 595,47.
- I adi.: A strictius i. q. latus, spaciose, magnus - weit(räumig), breit, umfangreich, groß: 1 gener.: a corpor.: ALDH. virg. II 1039 imperium. VITAE patr. Iur. 3,3 p. 155,3 instar -issimae portae. COZROH. praef. p. 1,9 flos-culos de pratis -is decerpens. WIPO gest. prol. p. 6,16 monumenta quam -issima fecerunt antiqui. ARNOLD. LUB. chron. 5,14 p. 188,44 bycaria ... sunt ... in superioribus ... -iota. BRUNUS LONG. chirurg. 1,17 p. 115<sup>D</sup> ligamen ad-ministretur -um (CHART. Raitenh. 295 duo talenta salis proprii sui et -i l. ... transvehere). REGISTR. Trident. IV p. 280,14 via ... -a VIII pasia. CHART. Raitenh. 313 civis ... residens in -a strata. al. de adunatione hominum: POETA Saxo 5,412 captiva ... turba tuorum -ior est numero.
- b incorpor.: POETA Saxo 1,166 spes. HROTSV. Cal. 9,32

[Rudolph]

in . . . -iore Dei gratiam. THIETM. chron. 7,71 regi . . . -ior potestas aperitur. BERTH. (?) annal. a. 1076 p. 282,22 tergiversatione. al. de tempore i. q. longus - lang: HROTSV. Dion. 111 post spatium decursi temporis -um. 2 spec.: a natur.: EINH. Karol. 22 p. 26,19 corpore fuit -o. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 128,26 habent falcones nares -as. ALBERT. M. animal. 1,211 an sint -ae et grossae venae. 1,275 natura fecit pectus -um et latum. al. b astron. et math.: WANDALB. creat. mund. 82 speris . . . sub -is. GERB. geom. 4,6 rectus . . . angulus . . . acutum, ut videlicet -ior et capacior, interiorum includit (ALBERT. M. summ. creat. II 1,21,3,3 p. 199<sup>b</sup>,23 habet unum a. obtusum sive -um sive expansum, quod idem est). c mus.: HUCBALD. harm. inst. p. 105<sup>a</sup>,39 sextus (modus) nihilominus -ior. B latius: 1 copiosus, über - reich(lich): HRABAN. epist. 5 p. 390,21 (de libris) nobilium . . . doctorum -issimis vescatur caenis. carm. 81,37 fructum. HROTSV. prim. 479 quaestum. WIPO gest. 7 p. 30,24 -issimis donis a rege honorati. al. 2 altus, excelsus, excellens, nobilis - hoch, erhaben, glänzend, vornehm: EPIST. Alcuin. 127 p. 189,5 -iores victorias et honores. WALTHARIUS 1258 tecum degenti mihi patria viluit -a. WANDALB. Goar. 2,34 p. 372,16 pater -issime Marward. HROTSV. Theoph. 337 te pretio sacri scio sanguinis -o emptum. VITA Godefr. Cap. I 12 p. 528,6 matrona . . . quaedam -ae satis familiae. HELM. chron. 6 p. 17,3 templum . . . -issimo cultu dedicaverunt. al. 3 posterus - spät: LEX Baiuv. 16,10 si . . . non rogaverit placitum -iorem. CHART. Hans. I 53 p. 28,44 (a. 1200) persolvet in octavis paschae . . . vel -ori . . . termino. 4 vehemens - heftig: POETA Saxo 1,294 interius positus . . . incautos plaga facile sternentibus -a. 5 diligens - gründlich: STATUT. ord. Teut. p. 71,14 pro cuius regulae -ori habenda noticia. 6 multus - viel: LEX Baiuv. 1,3 si -iorem pecuniam furaverit. WILLIB. Bonif. 8 p. 46,22 completi sermonibus adhuc -iota . . . addidit verba.

II subst. fem.: amplitudo (ambitus) - Umsang (des Tonraumes): GUIDO ARET. form. 8 p. 99 simplicior casus quam strictas possidet -as tertia plagarum.

III subst. neutr.: A latum, magnum - das Weite, Große: DIPL. Karoli III. 87 maiorem de -iорibus . . . remunerationem . . . expectant. ALBERT. M. animal. 1,530 divisio ramorum venarum . . . a stricto incipit et terminatur in -um. ibid. al. profunditas - Tiefe: CHART. Walkenr. 315 p. 218,10 (a. 1256) fossam . . . conferimus in longum et in latum atque in -um, prout lapides poterunt inventur. ibid. al. (cf. p. 594,6). B additamentum, novale - Erweiterung, Neubruch (cf. Sella, Gloss. Lat. Ital. p. 18): DIPL. Heinr. II. 465 p. 592,11 cum casis, terris et vineis . . . cum omnia ipso -io. ACTA imp. Winkelm. I 66 p. 63,6 cum omni iure . . . in . . . nemoribus, boscis . . . et -is. p. 63,14 territorium cum -is. C compar. de copia i. q. plus (plures, plura) - (noch) mehr (saepius ab adv. discerni neguit, e. g. p. 596,14): LEX Ribv. 52,2 si quis iudex fiscalis -ius, quam lex . . . contenit, tulerit. LEX Alam. 35,2 si -ius non fuerint nisi ille unus. LEX Baiuv. 10,4 non conponat -ius nisi tantum, quantum ignis consumpserit. EINH. Karol. 15 p. 17,24 non -ius quam ea pars Galliae, quae egs. CAND. FULD. Egil. I 9 p. 226,32 ne quidem -ius aliquid sapiatis praeter id, quod egs. RIMB. Anscar. 19 p. 42,29 multa obtulitis et -iora vovistis. THIETM. chron. 2,32 p. 78,6 volupe est mihi . . . -ius effari. THEOPH. sched. 1,7 accipe posch . . . et admisce ei -ius de prasino. OTTO FRISING. gest. 2,45 p. 153,17 visne -ius? saep. v. et p. 596,12. facultas maior - größere Möglichkeit: OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 22,13 cum -ius quo crescat non habeat, decrescere necesse est. c. numeris praecedentibus (cf. Lamprecht, Wirtschaftsleben. II. p. 8): LEX Sal. Merov. 2,10 tres porcos aut -ius. BEDA hist. eccl. 4,8 p. 220,26 puer trium circiter non -ius annorum. EINH. Karol. 22 p. 27,20 centum vel eo -ius homines. RIMB. Anscar. capit. 8 p. 14 peracto biennio aut eo -ius. POETA Saxo 5,190 decies centenis milibus atque -ius. THIETM. chron. 8,15 iste annus . . . quadragesimus est i vel paulo -ius. OTTO FRISING. gest. 1,32 p. 50,25 per lxx vel -ius . . . comitatus. saepissime.

adv. ample, \*amplo. 1 late - weit: VITA Gebeh. Salisb. II 5 p. 37,49 ecclesia tua tam -e diffusa est. ALBERT. M. animal. 12,214 animalia acutorum dentium serratilium . . . os -e valde aperunt. 2 verbose - ausführlich: EKKEH. IV. 5 bened. I 16,130 hoc patet exemplo, quod mox modulabimur -o. compar. amplius. I vi compar. vigente: A strictius i. q. magis, ulterius - (noch) mehr, weiter, darüber hinaus: 1 de gradu, relatione sim.: LEX Sal. Merov. 99,2 raptore . . . quod in anteriorem legem scriptum est, -ius non damnentur. 10 BEDA hist. eccl. 4,3 p. 208,12 quo minus . . . eo -ius. BREV. NOTIT. a p. A 9,2 quo -ius tu . . . laboraveris et quo plus . . . dederis, eo -ius habebit s. Petrus. THEGAN. Ludow. 17 imperator eum honoravit . . . donis tripliciter et -ius, quam suscepisset ab eo. AGIUS vita Hath. 23 quia iam -ius non poterat, 'Audite . . .' saepius ingeminabat. RUOTG. Brun. 20 p. 21,11 nости . . . eos mihi . . . magis infidos fuisse, quos -ius fovi. THIETM. chron. 7,35 nec hunc me -ius expetere sensi. HUGO FLAV. chron. 1 p. 333,57 quanto -ius vacuabatur vas . . . tanto magis egs. OTTO FRISING. gest. 2,37 p. 145,17 excandescente -ius . . . Canis rabie. STATUT. ord. Teut. p. 39,26 decet multo -ius. saep. c. iteratione: Cod. Karol. 60 p. 587,7 ut ecclesia . . . -ius quam -ius . . . exaltata permaneat. DIPL. Otton. II. 306 p. 363,11 servitia Dei -ius et -ius sublevare. CONST. II 409 -ius et peramplius. al. abund.: FORM. Marculf 2,10 si -ius vobis insuper . . . obvenerit. c. adi.: LIUTG. Greg. 9 p. 74,16 iuvenili audacia -ius securi quam oporteret. 2 de loco: LEX Baiuv. 1,13 angarias . . . faciant usque quinquaginta leugas, -ius non minetur. 12,10 -ius non ponat sepem. 3 de tempore: a posthac, praeterhac - künftig, von nun (da) an, ferner (hin): LEX Alam. 35,1 de hereditatem paternicam -ius ad eum nihil perteneat. LEX Baiuv. 1,6 tollatur manus . . . , ut -ius non valeat facere malum. ARBEO Corb. 4 p. 192,19 se -ius peccare detestans. TRAD. Frising. 227 p. 211,1 quod hanc hereditatem -ius querere non debuissent. THEGAN. Ludow. 50 praecavendum est, ne -ius fiat, ut egs. THIETM. chron. 4,72 si -ius inobediens mihi eris. STATUT. ord. Teut. p. 52,31 negociaciones illicitas -ius non exercebunt. saep. abund.: TRAD. Frising. 463 (a. 822) fatebat se nullam inde ulterius -ius motionem fecisse. b diutius - länger (saep numeris accendentibus): EINH. Karol. 3 p. 5,17 cum per annos xv aut eo -ius . . . imperaret. POETA Saxo 3,601 dies . . . septem non -ius. WIDUK. gest. 3,75 p. 152,11 manens . . . decem et septem non -ius diebus. THIETM. chron. 5,39 zelum Dei -ius ferre non valens. saep. 4 in ordine, enumeratione sim.: a porro - sodann: Ps. BOETH. geom. p. 376,6 -ius trilaterarum figurarum orthogonium . . . triangulum est. EPIST. Worm. I 21 p. 40,20. FRID. II. IMP. art. ven. prol. p. 4,20 -ius cetere venationes magis note sunt. ALBERT. M. veget. 1,37 -ius autem quando cibatur animal egs. saep. b protinus - fort-, voran-, weiter: THIETM. chron. 1,8 p. 14,10 sed . . . -ius progrederi. 6,65 nunc haec dicta sufficiant et . . . -ius loquar. ibid. al. B latius: 1 iterum - wieder(um), noch einmal: WETT. Gall. 12 p. 263,39 recedatis nec -ius huc introeatis. ANNAL. Xant. a. 871 p. 30,3 discessit et -ius non est reversus. GERH. AUGUST. Udalr. I 14 p. 404,19 cum . . . sanctum . . . -ius vide non putaret. THIETM. chron. 8,17 ut numquam haec civitas -ius elevetur. al. 2 melius - besser: RUOTG. Brun. 36 p. 37,9 votis . . . imperatoris sic -ius deservire. THIETM. chron. 1,25 ad haec -ius approbanda. al. 3 facilius - leichter: OTTO FRISING. gest. 2,28 p. 133,19 quo -ius decipere posset. 4 vehementius - heftiger: OTTO FRISING. gest. 1,47 p. 66,25 -ius attoniti fuimus. 5 saepius - öfter: LEX Baiuv. 22,9 ternis vicibus percutiatur vasculum et non -ius. EINH. Karol. 8 p. 11,2 non -ius . . . quam bis. al. II vi compar. evanida i. q. valde - sehr: GODESC. SAXO conf. p. 62,34 supplico, Domine, prout -ius possum egs. v. et peramplius. Rudolph ampono v. appono.

70 ampotis (f.) (ἀπωτίς) abyssus (maris) - (Meeres-) Abgrund: HONOR. AUGUST. imag. 1,41 -is . . . id est vorago, in Oceano in exortu lunae maiori aestu fluctus involvit et removit.

**ampulla**, -ae f. *script.*: amb-: l. 5sq. -pul(a): l. 5.  
metr. ámpüla: l. 63.  
I *proprie i. q. vas amplum collo stricto praeditum – bauchiges Gefäß mit engem Hals* (cf. Gloss. III 654,38 St.-S. am-pulas amplun. 655,29 ambulla ampul): A *techn.i.q.lagoena* - *Ampulle*: COMPOS. Luc. B 35 ubi ambulla minus habet porfrizontam fumum. ANTIDOT. Sangall. p. 96,38 mittis *oleum roseum in -a vitrea*. THEOPH. sched. 2,11 de -is cum longo collo. ANON. secret. p. 83 -a lutata. GEBER. clar. 2,29 per os -e sal . . . mitte. Ps. ARIST. magist. p. 643<sup>a</sup>,36 ut ponas *salem* in viscere, id est -a de vitro albo. al. B *liturg.* (cf. LThK. 21. p. 450): 1 *amula ad oblationem vini vel aquae in missa praebendam usurpata – Meßkännchen* (cf. J. Braun, *Das christl. Altargerät*. 1932. p. 416sq.): ALCUIN. carm. 1,1504 iussit, ut . . . auro -a maior fieret, qua vina sacerdos funderet in calicem. epist. 102 p. 149,22 misi . . . -am et patenam ad offerendam . . . Deo . . . oblationem. CHART. Fuld. B 264<sup>a</sup> p. 377,23 tres -ae argenteę. CAPIT. reg. Franc. 128,3 inventimus . . . -am cuprinam I, aliam -am stagneam I, . . . -as vitreas parvulas cum balsamo II. WALAHFR. exord. 25 p. 503,30 -a dicitur quasi parum ampla (cf. Isid. orig. 20,5,5). VITA Mathild. II 19 aurea -a. WILH. HIRS. const. 1,84 p. 1011<sup>a</sup> -ae ad subministracionem vini et aquae. 2,29 p. 1081<sup>b</sup> -ae . . . maiores . . . ad vinum, minores . . . ad aquam. CONSUEL. Eins. 17 p. 81,28 calices, -as, offertoriola, vinum. CATAL. Mesch. (NArch. 11 p. 409,14) -as III, unam onichinam, II cristallinas. THEOPH. sched. 3,57 si . . . volueris -am componere ad fundendum vinum, percute argentum egs. RUP. TUIT. inc. 5<sup>in</sup>. -a . . . vinaria et ipsa stagnea. CATAL. thes. Pruf. (NArch. 13 p. 561,18) -as argenteas miro opere duas. ORD. coron. imp. 17,30 imperator more subdiaconi offerat ei (pontifici) calicem et -am. CONR. EBERB. exord. 1,15 p. 1011<sup>b</sup> ut . . . -ae ad ministerium altaris sine auro et argento essent. al. *alleg.*: HONOR. AUGUST. gemm. 1,38 -a, in qua vinum offertur, significat nostram devotionem. 2 *vasculum ad oleum sanctum aptum – Kännchen für geweihtes Öl*: CAPIT. reg. Franc. 81,17 duas -as . . ., unam ad chrismam, alteram ad oleum ad cathecuminos inunguentum vel infirmos. IOH. NEAP. gest. 59 deauratam -am. HILDEG. Far. 118 (MGMer. V p. 198,23) -a manualis. HINCM. Remig. 15<sup>capit.</sup> -am cum crismate sacro. HONOR. AUGUST. gemm. 3,83 dum -a cum oleo chris-mali ad altare defertur. al. *alleg.*: AMALAR. off. 1,12,29 -a cum crismate quodammodo corpus Domini ex virgine Maria assumptum significat. HONOR. AUGUST. gemm. 3,83 oleum crismatis in -a est divinitas in carne humana. 3 *laguncula ad sanguinem sanctum apta – Fläschchen für heiliges Blut* (cf. J. Braun, *Die Reliquiare*. 1940. p. 52sq.): TRANSL. sang. Dom. in Aug. 9 -a una ex lapide onychino de salvatoris sanguine plena. CHART. episc. Halb. 56 p. 43,29 qui (*sanguis s. Stephani*) . . . in -a sole clarius emicando pullulat (cf. HARIULF. chron. 3,20 p. 142,6). 4 *lampas (coram altare flagrans) – (vor dem Altar brennende) Ampel*: FUND. Brunw. 5 p. 128,34 super cuius (*Ottonis II. imp.*) sepulchrum . . . ardore cernitur lucidum in -a suspensa oleum. LIBER ordin. Rhenaug. p. 39,23 in primis vesperis descendantur omnes -e. MIRAC. Modo. 1 p. 31<sup>b</sup>,6 sub arcibus columnarum undique -ae dependebant vitreae. HILDEG. epist. I 1 p. 148<sup>d</sup> (*de visione*) in lucidissima -a plena optimi balsami velut ignis ardens pendebat. CHART. Rhen. med. II 206 p. 243,18 ordinavimus . . . de nostro proprio duas -as olei . . . coram altari . . ., ut indesinenter ardeant. al. *C usu vario*: VITA Pard. 16 (MGMer. VII p. 34,11) aqua -am plenam signo crucis roboratam. CARM. libr. II A 6,2,5 -a . . . benedicta. CHART. Stab. 107 p. 225,21 de velo sancte Agathe et de -a eius. DIPLO. Heinr. IV. 423 p. 568,24 panem unum, -am vino plenam, que annuatim . . . monachi redditant. CONR. HILD. ad Hartb. p. 194,22 *Neapolis ymagō*, in -a vitrea magica arte ab . . . Virgilio inclusa. ROLAND. PATAV. chron. 1,13 -is balsami. SALIMB. chron. p. 16,6 -as ignis agrestis v.

II *translate*: A *bulla, pusula – Blase*: TRACT. de chirurg. 994 signa perfecte decoctionis hec sunt, scilicet cum videris -as in eo salire. MAURUS urin. I p. 12,8 -ae apparentes in

urina. GLOSS. Roger. III 247 istud (*stritorium*) facit -as in oculo. WILH. CONG. chirurg. 1383 si . . . tumor unius -e ad modum nucis apparuerit. ALBERT. M. veget. 2,87 tuber . . . habens in superficie -as. animal. 6,37 in suo (*sc. pulli in ovo*) corde . . . invenitur -a elevata et deppressa a spiritu pulsante. 16,52 quanto fuerint -ae (p. 735<sup>b</sup>,12 πομφόλυγες) minores et latentes, tanto fit substantia *spermatis* albior. al. B *inanitas – Leere*: GERH. STED. annal. p. 224,47 qui (*imperator*) . . . -as minarum terremque sui adventus praembulare fecit.

5 *ampullor, -atus sum, -ari. superbis verbis uti, se iactare – überheblich reden, sich brüsten*: RATHER. epist. 16 p. 83,15 -tus potestate (-em cod.), licet non actu. AMARC. serm. 4,317 qui bonus est illustratusque videtur virtutum radiis, non -etur in illis. ARNULF. delic. 489 -atur erus celsa de sede supinus. EPIST. Meginh. 18 p. 212,17 ut ipse de se -atur. WILH. CLUS. Bened. 2 p. 198,13 qua (*Minerva*) -baris. HUGO TRIMB. registr. 54 et verbis et gestibus . . . -antur.

10 \*ampullosus, -a, -um. *script. anp*: l. 28. 1 *pusularum plenus – voller Blasen*: TRACT. de aegr. cur. p. 272,18 ex spumosis et -is egestionibus. IOH. IAMAT. chirurg. 8,14 spuma . . . -a urinae. ALBERT. M. animal. 7,113 facit . . . venenum . . . vesicas -as (p. 60<sup>d</sup>,20 φλύχταναι) in corporibus equorum. 16,52 substantiam materiae (*spermatis*) . . . -am. al. 2 *superbus, inflatus – überheblich, schwülstig*: COD. Udalr. 109 p. 198,14 verba (LIGURINUS 6,143). CARM. ArchStudNeu-Sprach. 90 p. 156,75 [amploiosa cod.]): LUDOLF. summ. 3 p. 370,14 in moderno dictamine an-e et sexquipedales dictiones vitande sunt. CONST. II 262,9 sententia. GESTA Hort. Mar. prol. p. 575,20 -a dicta Cyceronis (21 p. 585,39 poetarum -a ac fabulosa dicta). subst. neutr. plur. i. q. dicta superba – überhebliche Worte: RAHEW. gest. 3,6 p. 171,10 quod deinceps spernentes -a . . . reverentiam . . . apportarent.

15 *adv. \*ampullose. inflate – schwülstig*: CONR. MEND. Attal. p. 139,39 si res magna a me . . . non pompose, non -e, sed insipide componatur.

20 *ampullula, -ae f. vasculum (olearium) – kleines (Öl-)Gefäß*: VITAE patr. Iur. 18 p. 163,3 -a cum oleo . . . servatur. HINCM. Remig. 15 p. 297,1 -am (ampullam var. l.) chrismate sancto repletam. THIOFR. Willibr. I B 1 exceptum *oleum in* -is et datum et missum infirmis unctione salubri restituit.

25 *amputatio, -onis f. 1 proprie i. g. desectio – das Abschneiden*: LEG. Wisig. 12,3,4 veretri . . . -e plectetur. CAPIT. reg. Franc. 132,2 (*de maioribus causis*) membrorum -es, fulta. ALBERT. M. animal. 6,69 per -em caudae eorum (*delfinorum*). c. sensu *praeisionis*: FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 160,10 de -e unguium. in imag.: GERHOH. Antichr. 1,57 p. 369,12 tempus esse non solum putationis, sed et -is, quatenus celestis agricola unum de palmitibus eiusmodi tollat.

30 2 *translate i. q. debilitas – Schwäche*: AESCULAPIUS 8 p. 12,1 de vocis -e: debilitatur vox egs. (cf. 3 p. 5,7. 21 p. 31,31).

35 *amputatorius, -a, -um. (cf. τηλητικός) solvens – lösend*: DIAETA Theod. 173 origanum . . . est . . . -um et siccatorium. DYASC. p. 81<sup>b</sup> virtus est ei (*latino*) extenuatoria et -a.

40 *amputo, -avi, -atum, -are. I proprie: A desecare – abschneiden*: 1 *obi. membra corporis*: LEX Ribv. 5,9 articulum. LEX Baiuv. 14,13 qui alterius bovi caudam -verit vel aurem (cf. EPIST. Alcuin. 3,19). 19,6 caput. CAPIT. reg. Franc. 98,5 testiculos (cf. CHRON. Erf. min. p. 600,19). VITA Emm. 17 qui membra ipsius (*s. Emmerammi*) subtilibus sectionibus -rent. SIGEH. Maxim. 15 (13)-tum divinitus digitum. CHART. Babenb. 183,2 si . . . aliquis civium alicui -verit manum vel pedem vel oculum egs. ALBERT. M. animal. 7,168 -ta crescent organa. saepe. medic.: ANNAL. Mell. Claestr. I p. 612,26 -to crure. c. sensu *praeidendi*: FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 148,14 de unguibus -andis (2 p. 160,11). 2 *obi. plantae sim.*: ALBERT. M. veget. 7,98 -anda . . . sunt, quaeunque in ramis et virgis aruerunt. 7,148 animal. 7,50 castor . . . -at ramos arborum. B *incidere – anschneiden*: BURCH. URSB. chron. p. 90,13 venam unam organicam -vit. C *deterere – abwetzen*: ALBERT. M. animal. 7,171 nimis excrescentes unguis et rostrum -ant aves.

[Baader]

**II translate:** *A abolere - beseitigen:* 1 gener.: LEG. Wisig. 12,2<sup>ut</sup>. de . . . Iudeorum cunctis erroribus -tis. CAPIT. reg. Franc. 89,6 hoc . . . -are et emendare. 180,27 neglecta refrenare et -are commissa. HRABAN. epist. 29 p. 447,18 vitium. CONST. I 374 dissensionem . . . penitus -are. SUMMA dict. Saxon. 11,51 p. 304,20 (epist. papae) defectum, quem tibi natalis qualitas attulit, . . . -amus et abscidimus. CHART. ord. Teut. (Hass.) 344 p. 259,18 dampno totaliter -to. al. medic.: ANTIDOT. Augiens. p. 57,41 capiti dolorem -at. ANTIDOT. Bamb. 33 fastidium stomachi -at. 2 c. colore quodam: a irritum reddere - außer Kraft setzen: CAPIT. reg. Franc. 92,10 exenia. CONST. I 162 p. 225,33 thelonea, que . . . perpetualiter-rentur. interdicere - verbieten: GESTA Trev. cont. IV 3 p. 399,14 in . . . concilio -ti sunt tres gradus consanguinitatis in matrimonio contrahendo. b tollere - abschaffen: OTTO FRISING. chron. 4,10 p. 196,4 eunuchos . . . -vit Julianus. 4,19 p. 207,26 spectaculum. c praecavere - verhüten: LEG. Wisig. 2,1,8 p. 56<sup>a</sup>,21 nequissimam argumentationem. DIPLO. Heinr. III. 317 p. 435,5 -andis omnibus hominibus fatigationibus. CHART. Heinr. Leon. 7 p. 14,3 dubietatis occasionem. CHART. episc. Hild. I 317 p. 302,7 gravamen. CHART. ord. Teut. (Hass.) 75 p. 69,18 ad omnimodam evictionem cavadam et -andam. CHART. Port. 129 p. 152,37 oblivionis incomodo et sinistre interpretationis cavillatione penitus -tis. CHART. Eichsf. 436 ad -andam questionis et controversie materiam. al. d remittere - erlassen: CHART. episc. Hild. III 484 p. 231,8 (a. 1277/86) in debitibus . . . -vi IIII solidos. e removere - entfernen: BERNOLD. CONST. chron. a. 1092 p. 454,5 ut . . . apostamatam . . . a membris Christi penitus . . . -ret. HAIMO (?) Wilh. 28 p. 223,40 mors . . . cum de medio -vit. B debilitare - schwächen: ANTIDOT. Augiens. p. 49,36 vox -ta est. C detrahere - abziehen: REGISTR. Mog. p. 13,24-bit annuatim duas marcas pro receptis.

\*amsla f. (theod. vet. amsla, cf. Ahd. Wb. I. p. 328sq.) merula - Amsel (*Turdus merula L.*): HILDEG. phys. 6,43 -a calida est et sicca eqs.

\*amstrum v. \*anstrum.

amula, -ae f. script.: amm-: l. 45sq. 52sq. anu-: GLOSS. I 447,30 St.-S. -ol(a): l. 45sq.

species vasis - Gefäßart (cf. GLOSS. III 349,38 St.-S. -a fila. IV 33,7 -as fialas altiones [lege -ores] in similitudine urceoli. GLOSS. cod. Monac. 6220 f. 139v -as cuhamår): 1 techn. i. q. lagoena - Ampulla: IOH. sacerd. 198 pone eam (materiam) in unam bonam ammoniam vitri forte. ibid.: os ammole. 2 liturg. i. q. ampulla ad oblationem vini vel aquae in missa præbendam usurpata - Meßkännchen (cf. J. Braun, Das christl. Altargerät. 1932. p. 415sq.; A. Jungmann, Missarum sollemnia. II. 1952. p. 10): AMALAR. ord. expos. I 10,2 archidiaconus . . . infundens . . . aquam in calicem ex -a (cf. ORDO Rom. 6,37). AMALAR. (?) ecl. 20,1 in quo (calice) recipiantur ammulae populorum. 22,3 infundens aquam in calicem et ammulam pontificis. AGNELL. lib. pont. 167 fecit . . . -am auream. ORDO Rom. 6,7 -ae argenteae ad vina fundenda paratae. LEO MARS. chron. 1,26 p. 598,27 in . . . fialis . . . et -is. GREG. CAT. chron. app. I p. 310,3 -am argenteam deauratam. al. alleg.: AMALAR. ord. expos. I 10,5 -ae . . . nostram devotionem significantes.

amuraca, -ae f. (m. vel n. -um: p. 600,1) (ἀμύρηγη) script.: amor: l. 62. -chum: p. 600,1.

